Lib(er) s(an)c(t)i pantaleonis colonie 87

Incipiunt gesta regum francorum a sancto Gregorio Turonensi ep(iscop)o breviter excerpta

INCIPIUNT GESTA REGUM FRANCORUM A S(AN)C(T)O GREGORIO TURONENSI EPISCOPO BREVITER EXCERPTA

Principium quoque francorum gentes ab origine uel regum
gesta proferimus uel ut cuncta audiuimus. Est autem in asia opidum
troianorum. ubi est ciuitas que ilium dicitur. ubi regnauit rex aeneas
Gens illa fortis et ualida. uiri bellatores atque rebelles nimis inqui-
eta certamina obiurgantes per girum finitima bellantes. Sur-
rexerunt autem reges grecorum aduersus aeneam regem troianorum cum
multo exercitu. pugnaueruntque contra eum cede magna. Corruitque
ibi exercitus maximus troianorum. Fugit autem aeneas rex et re-
clusit se in ciuitate ilium. pugnauerunt enim aduersus hanc ciui-
tatem annis decem. Tunc ipsa ciuitate subacta. fugit rex aeneas
cum ceteris uiris suis in italiam ut ei inhabitantes auxilium ferrent.
Alii autem de principibus eius priamus et antenor. cum aliis uiris
de exercitu troianorum XII milia fugerunt cum nauibus. introe-
untes ripas tanais fluminis per meotidis paludes nauigauerunt
infra terminos pannoniarum. tendentes finitima
spacia secus meotidis paludes ceperunt aedificare ciuitatem ob memo-
riam eorum appellaueruntque eam sicambriam. ibique habitauerunt annis
multis. creueruntque in gentem magnam. In illo tempore ualentinianus
imperator imperii romanorum regebat. Eodem tempore gens
alanorum atrocissima rebellauit contra predictum imperatorem.
Ille itaque commouit exercitum maximum romanorum direxit aciem
contra eos. superauitque eos. interimit atque debellauit. Illi autem cesi
super fluuium danubium fugerunt atque intrauerunt in meotidas

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss131-gud-lat/0001